

turnam speculationem, qua oculis, qua perspicillis usus, legi posse detexi.

C. CLXXXVII. De Marchionibus de Punzono

Marchiones de Punzono scilicet Dñs Manuel D. Jacobinus D. Henricus debeant venire facere venient conventionibus continetur consueverunt facere sunt eis impositi per Dñm Rodoardum Pipinum 10 Pōt Aquis occasione sequimenti solverunt sint cassa & nullius valoris fuerint ab ipsis penitus absoluant s̄ bene permanere de re usque ad Kal. martii atur potestas, & iudex

Marchiones hic nominati floruerunt ab anno 1190. usque ad 1224. circiter, ut alibi demonstrabo, & ex chartis hic prolatis colligitur; at cum incertum sit quo anno Pipinus hic Aquis praturam gesserit, ignorare nos etiam oportet annum, quo hæc lex fuerit ipsis indicta, quam ut ipse ignominiosam ab aliquo eorum fautore e publico hoc monumento deleri curarunt, ut verisimile admodum sit. Quod eis haud ita feliciter successit, ut omnem abolere memoriam potuerint. Nam in aliis statutorum collectionibus, quas pro varia Aquensium fortuna variare quoque necesse fuit, hoc idem præceptum huius oppidi Marchionibus renovatum legitur, ut ex statutorum compilatione Aquis edita ex officina typografica Petri Joannis Calenzani anno Domini 30 MDCXVIII., in qua sic legitur: Capitulum LXXVIII. omnes Marchiones de Ponzono teneantur, & debeant venire Aquis ad faciendam sequelam Potestati Aquensi secundum quod ipsi, & antecessores eorum facere consueverunt infra unum mensem ab introitu regiminis potestatis sub poena, & banno eis imposita arbitrio potestatis, quæ poena non possit esse minor librarum decem pro quolibet a solidis viginti pro quolibet die, quo starent ad faciendum dictam sequelam, & potestas ad hoc faciendum eos compellere teneatur sub poena librarum 40 25. de suo salario, de quibus possit, & debeat syndicari.

MCCXXXIV. col. 201. n. 184. C. V. Chenna pag. 91. scribit martii mense hoc fœdus percussum, at aliter dicendum scilicet celebratum die martis X. exeuntis nov.

MCCXXXV. col. 202. n. 187. lin. 42. die mercurii VII. mens. aug. hæc constare non possunt inter se; bene vero si septenario numero unitatem detrahas, ut sit VI. m. 50 aug. lin. 45. cessit lege cœpit error Typographicus.

MCCXXXV. col. 205. n. 190. Monueram in notis ad doc. n. 185. eodem illo die, quo Alberto indicta lex fuit Aquas veniendi; præceptum quoque latum in Manuelem Marchionem Ponzoni; quod sane nil impedit, quominus & hoc alio mense repetitum fuerit Manuelli, & Jacobo, ut hæc suo loco posita documenta, quæ ex apographis Tabularii Episcopalis, ac collectione Turrii desumsi, ostendunt.

MCCXXXVII. col. 208. n. 194. Cl. I. C. Boccaccius 60 contulit cum membrana in R. Archivio existente, monuitque. lin. 42. exeunte januario in eo inveniri, ut in notis innuebam. lin. 43. Brema l. Senori. item

ibi Montanaud l. Montanario. lin. 59. scudus l. strictus. lin. 60. fata l. fara. Ex illius autem præmio discimus apographum esse paucos post annos exscriptum; sic enim habet exemplar a laudato viro desumptum. Anno Dominicæ Incarnat. MCCXLII. indict. XV. die sabbati VIII. (falso. VII. hic legi oportet; alioquin nutabunt notæ) exeuntis octobris in Alexandria D. Anselmo de Valle, & D. Manfredo de Foxo testibus rogatis, D. Thebaudus Fantinus Iudex, & Consul iustitiæ communis Alexandria præcepit mihi Anselmo de Fara Notario, ut exemplarem, & in publicam formam redigerem instrumentum D. Manfredi Boccaccii, tenor cuius talis est &c. Aliud quoque documentum ibi inventum fuit circa hanc eandem litem, ac causam, quod hæc edere operæ pretium puto.

Anno Dominico MCCXXXVIII. indic. XI. die sabbathi secundo intrantis januarii in Alexandria in majori Ecclesia Alexandria præsentibus Guidone Cupa, & Ruffino Cremonesi Notario, & pluribus aliis testibus. D. Albertus de Mandello Potestas Alexandria ex licentia, & voluntate consilii Alexandria in infra scripta s. Ecclesia more solito convocati constituit, ordinavit, & fecit Ruffinum iudicem Saltarium communis Alexandria suum nuncium infra scripti communis Alexandria, & Sindicum, & actorem, & procuratorem ad denunciandam, & præcipiendum consulibus, & consilio, & communi Aquis, vel ipsis ut hinc ad diem primum post Epiphaniam Domini proximam restituerint D. Manfredum Boccaccium in domos, & possessiones suas, & res suas, & bona sua reducendo ipsum in eo statu, in quo erat tempore sui recessus de Aquis, & ut veniant peremptorie usque ad diem infra scriptum coram infra scripto Potestate arbitro inter ipsum Manfredum, & infra scriptum commune Aquis parati audire, observare, & adimplere, quæ infra scriptus arbiter inter prædictos voluerit pronunciare, dicere, statuere, & ordinare, vel ut mittant suos syndicos sufficientes paratos ad omnia infra scripta attendenda, audienda, complenda, & observanda, & inde infra scriptus Potestas, & arbiter hanc cartam fieri iussit.

Ego Jacobus Notarius Palatinus &c.

Ego Anselmus de Fara Not. Sac. Pal. &c.

MCCXXXV. col. 206. n. 193. Jampridem mature edidit Malacarnes pag. 254. Sed dolendum ad hoc mancum, ac mutilum dedisse, ut vix aliqua in eo antiqui documenti lineamenta conspiciantur. Illud solum monebo ex centum triginta lineis, quibus meum constat minuto caractere expressum exemplar, hoc eum in decem & novem decuitasse.

MCCXXXVIII. col. 210. n. 198. Hoc documentum nuper exegi ad membranam capituli; has autem reperi probatas lectiones col. 211. lin. 3. campana l. campanam. lin. 7. & 8. Ecclesiasticis l. Ecclesiis. lin. 12. ut l. ne. lin. 14. nullo &c. & l. ullo &c. nec. lin. 25. Ven. l. V. lin. 26. Clavarius l. Gavarus. post affolle lin. 27. adde magister scriba, Uberus de Montagnola, Ogerius, Petrus Magistri, Henr. Rodulfus (desunt duo nomina) Rabia, Jo. Guastarava, Wilelm. de Bellex, Arnaldus Ubertus Agradi, Bouet, Benz, Carlevarius, Bestia-